Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in VIII libr. philosophicorum Arist. exceptus a Michael Schweizer, mon. Salemitani professo - Cod. Ettenheim-Münster 359

Specius, Johannes

[S.l.], 1596

Caput primum

urn:nbn:de:bsz:31-132384

Visual Library

Alia divisio

Demum illud silentio praetermittendum non est.
ex interpretibus multos divisisse hos libros in eos
qui sunt de principijs & in eos qui sunt de motu.

Duo primi libri phys. sunt de principijs.

De Motu Reliqui.

De principijs sunt duo primi; de motu reliqui
comprehendentes motus nomine et alia corporibus naturalibus
accidentia ut locum tempus &c. aliis divisio
bona non esset cum posteriores libri non de solo
motu pertractent. Fit autem in divisione hac

Quare in hac divisione solius motus fiat mentio.

solius motus mentio quia inter omnes naturales affecti
ones primum locum obtineat. Quo vero modo primus
liber physicorum recte dicatur principium physi
ces quomodo item 2dus vide apud Zab. c. 9. l. 10
prolegom. phys. Quod et 2dus liber Metaphys.
non sit exordium 2di libri phys. ut quidam recenti
ores volunt probat Fons. prooemio in 2dum lib.
Metaphysicorum & Franciscus Piccolomineus initio
commentariorum physicorum.

Caput primum

Quid contineat hoc primum cap.

Primum caput hoc continet prooemium quod est tanquam
illustre quoddam vestibulum & magnificus quidam
aditus ad ea quae sub octo physicorum libris dicendis,
cernuntur. Incipit autem Aristoteles non a commendatione
praestantiae naturalis ostendens dignitatem & utilitatem

eius quomodo incepit suas physicas et suas de Arist. Quid Arist. propo-
Sed primus statim methodum et ordinem quae nit.
physico est observanda proponit. Verum enim vero
cum sicuti primum hoc ita et reliqua omnia ho-
rum octo phys. et 4 de caelo librorum capita
perspicue admodum ac erudite explicentur a phi-
losophis omnibus: et etiam a Col. non est cur mul-
tis in textum nostris chartas impleamus. Ista
igitur philosophia naturalis tradendae ratio prae caeteris
videtur commodior atque expeditior ut mente et con-
silio philosophi ad explicandum nostro proposito unica
voce declarato deinceps ad alia consueto
philosophorum more circa textum proponenda et ex-
aminanda progrediamur. Porro circa proemium
hoc quae fuse ab aliis disputari solent nos
temporis brevitate admoniti unica quaestione com-
plectemur.

Quisnam sit scopus physici
et quis procedendi modus
Quaestio Unica.

Quam doctrinae methodum in scribenda naturali philosophia Quam methodum
sequi debeat duobus prooemialibus in cap. 1o de- sequi debeat in phys.
clarat Arist. a communibus videlicet propositis et

Primum pronunciatum Aristoteles quo laborat

2dum pronunciatum

Primum dubium circa haec duo pronunciata

explicatis primum est in hac scientia a principiis ad
ea quae ex principiis constant progredi oportet: Secundum
pronunciatum textu 4to traditum: A communi-
bus ad minus communia incedendum est. Hic pro-
cedendi modus ac ratio convenientiae sit ambigen-
dus posset sub nominibus inducere. Conclusiones istae
seu pronunciata duo videntur sibi mutuo esse
pugnantia, quia alterum est falsum probatur. Primum
quia principia rei sunt notiora naturae nobis vero
minus nota ut asserit textu 4to et experientia
probat: quia sensui prius sese offert totum quam
partes. Naturae vero simpliciora sunt notiora; quia
a simplicibus partibus et principiis procedit
ad tota ex simplicibus seu principiis orta et
composita. Sed in textu 2do dicitur a notioribus
nobis naturae vero minus notis incipiendum esse; quod idem
est cum altero pronunciato utrumque a communibus ad
minus communia esse incedendum: Communia enim vocat illa
et notiora sunt tota quaedam quae haud dubie suis
partibus secundum nos sunt manifestiora. Ergo duo
illa pronunciata mutuo se non compatiuntur:
quoniam si ab notioribus est incipiendum non incipiendum

est à principijs ut initio asserit. 2da ratio 2da dubitatio
si incipiendum esset à principijs in tradenda philosophia
naturali id praecipue factum esset ut servaretur ordo
naturae & doctrinae; quia utrobique cognitio totius pende-
ret à cognitione principiorum elementorum & cau-
sarum ut probat Aristoteles: sed sic hoc non est à prin-
cipijs incipiendum ergo &c: probatur Minor quia or-
do cognitionis contrarius est ordini productionis:
quod enim est primum in cognitione ultimum est in
productione; Architectus enim primo proponit aedificare
domum licet in operatione à fundamentis incipiat,
at. 2do quia sequeretur nullam omnino rem na-
turaliter posse perfecte & quatenus cognoscibi-
lis est cognosci consequens est absurdum cum res
creatae sint finitae ac limitatae perfectionis:
sequela probatur quia Socrates v.g. secundum Aristotelem
qui mundum facit ab aeterno habuit infinitos
progenitores patrem avum proavum atavum &c:
à quibus omnibus pendet ut à causis per se quandoque,
id quod est causa causae est etiam causa causati: ergo si
ad perfecte attingendum Socratem requiritur re-
solutio usque ad elementa & causas primas à
nullo intellectu creato cognosci potest quatenus

cognoscibilis est. Sequeretur etiam naturam suam animae
perfecte cognosci et cognitione exhauriri
posse et id genus alia incommoda absurda.

3tia Ratio Dubi: 3tia ratio singularia sunt sensibus nostris propinquiora quia
omnis nostra cognitio dicitur a particularibus incipere a sensu
ergo singularia sunt nobis prius magisque nota consequenter
ab illis initium sumendum non ab universalibus. Minor
est Aristot. 1o phys. text 5. et 3o de Anima text 8
ubi dicit universale aut nihil est aut posterius est.

4ta ratio Dubi: 4ta ratio universalia sunt nobis cognitu difficillima
eo quod sensus nostros longissime fugiant ut est sententia
eiusdem philosophi 1 Metaphys. c. 2. ergo falsum est quod
hic asseritur ab eodem universalia nobis esse notiora.
Confirmatur: si universalia nobis essent notiora tunc
quo essent magis universalia eo magis nobis essent
perspecta consequenter conceptus Entis universalissimus
esset nobis notissimus quod est absurdum.

5ta Ratio. 5ta ratio contra id quod in textu 2do habetur
eadem non esse nota nobis et naturae. Magis universalia
sunt nobis prius nota ut textu 4to et 5to dicitur
sed ea sunt et notiora naturae: ergo eadem sunt
nobis nota et naturae probatur Minor ea sunt
notiora naturae a quibus natura incipit operari

ideo principia sunt illi notiora: sed natura in suis operi
ri ab vniuersalibus: prius n. in embrio viuit vita vege
tante deinde sentiente demum ratiocinante
ut e in 2do de generatione animalium c. 3. con
firmatur quia color notior nobis est quam species
visibiles quae in medio producuntur cum species
ipsae non sentiantur, idem tamen color est et noti
or naturae quam species cum sit illarum causa. NB
His nihil obstantibus pronunciata duo antea firma Hic non obstantibus dictis duo pronunciata esse vera.
et inconcussa persistunt quibus 2plicem tradendarum 2plex scribit hic disciplinarum ordo.
disciplinarum ordinem praescribit; quorum prior 1º.
ad ipsas res de quibus est scientia pertinet ut videlicet
scientifica disciplina initium ducat a princi
pijs rei qua de scientia traditur: posterior ordo 2us.
spectat ad ipsamet cognoscendi rationem ut videlicet
qui doctrinam aliquam tradit per notitias magis
vniuersales et confusas progrediatur ad minus vniuer
et clariores. Verum priusquam nostram de his
rebus sententiam pronunciemus notandum est Nota 1º.
notiora naturae et nobis tribus modis accipi posse Notiora naturae et nobis tribus modis ~~dici~~ accipiuntur
1º naturae et nobis notiora sunt quae tum a natura 1º.
generante tum ab intellectu nostro cognoscente prius
intenduntur. 2do naturae et nobis priora sciri 2do.

notiora dicuntur ea quae generationis ordine prius à
natura efficiuntur atque adeo à nobis et prius cog-
nitione percipiuntur quandoquidem omne id quod est qua ratione
sit esse à natura seu agente naturali, sit et à nobis
secundum illam rationem cognosci seu cognoscibilita-
tem. 3tio Notiora naturae dicuntur quae naturae ma-
gis cognoscibilem habent perfectioraque sunt non
quidem universim ac simpliciter sed in eadem se-
rie, minus nempe [illegible] comparatione universali-
orum sub quibus continentur. Nobis vero è contra
~~nota~~ notiora dicuntur ea quae cognitione distincta actuali
adeoque doctrinae et certioris ordine quem Aristoteles
hic servare proposuit illustriora existunt.

Notandum 2do tam universale quam singulare bifariam
usurpari ab Aristotele 1o accipitur singulare simpliciter pro
individuo quod sit sensibus subiecta et universale oppo-
sito modo pro eo quod operatione intellectus abstrahitur à
singularibus ut species et genera comprehendat; hoc
modo sumuntur universale et singulare 1o post. tex. 5.
Hoc vero loco accipit singulare pro speciebus specia-
lissimis quae dicuntur singularia inter obiecta scientia-
rum eo quod illis terminentur scientiae quae cum non
descendant ad individua: Et universale accipitur

3tio.

2do Notandum.
Tam universale quam singulare bifariam ab Aristotele usurpari
1o

2do
Quare species specialissimae dicantur singulares inter obiecta scientiarum

Quomodo universale hic accipiatur

p[er] gñre quod in p[ot]e[n]tia & infuse [con]tinet sub se spe[cie]s,
& respectiue generib[us] inferiorib[us] subalternum d[icitu]r
et s[upremu]m [ve]l [con]tare respectu inferiorib[us]. 3tio notandu[m] est 3tio Notandu[m].
diligent[er] ea quæ 2da q[uæ]st. art. 1o tradu[n]t Conimbr- Totu[m] d[icitu]r e[ss]e 2plex
ne[m]pe totum in proposito negotio e[ss]e 2plex vrt[ua]le &
essentiale. Vtrumq[ue] 2plicit[er] cognosci p[ote]st, cognit[io]- Tam vrte quam essenti ale 2pliciter accipit[ur]
tione distincta & cognitione [con]fusa. Distincta est Cognitio cognitio distincta.
qua totum om[n]ib[us] quæ in eo [con]tinentur enucleate in
speciem cognoscimus v.g. cum hominem sic intelligimus
ut explicite uniuersa eius essentialia p[rae]dicata
p[er]cipiamus. Confusa est qua totum iis q[uæ] in eo Cognitio confusa cognitione accipiantur
[con]tinentur promiscue t[ame]n ac p[er]mistim cognitis ap-
prehendimus. Deinde cognitio distincta aut Nota.
e[st] qua totum actuale aut qua totum vrte
explicite ac distincte cognoscitur, prior disti-
cta actualis posterior distincta potentia
lis a p[hilosoph]is appellari consueuit. Similiter
& [con]fusæ cognitionib[us] alia e[st] qua totu[m] actua
le alia qua totum p[ot]e[n]tiale apprehendit. Quæ
vero & hæc cognitionib[us] quæ inter se differant
quomodoq[ue] ad se mutuo affecta sint itemq[ue] Vide Conimbr:
possitne cognitio distincta unico simplici [con]ceptu

habeⁱ de nãa simplices sub cditione cfusam
actualem cadere Lege apud Conimbr.

Conclusio 1a.

His ita notatis e prima Conclusio. Cognitione cofu-
sa actuali totum e notiq seu prius notu sub par

Totu cognitione cfusa prius tn nãa quã nobis notiq.

tibus tam nãa quã nobis. Quod nobis totum sit

Pbat q nobis.

notiq asserit Autor textu 4to na videntis rem
quampiam e longinquo prius sensui sese offert to-
tum quam ptes. Declarat & probat qa sic,
ita sensui sit accidit q pſe ſo conveniunt
toti composito & cseqent sedm nram nãa
totum e sedm nos notiq. Quod aut sit no-

Probat q sit et notiq nãe.

tiq nãa patet: qa id est notiq nãa q e prius
intentum a nãa sz nãa ſo intendit producere
totu quã ptes ergo totum e prius notu nãe cog-

Probat Minor ex intentione.

nitione cfusa. Minor cfirmat ex Arte 2do
phys. textu 75. de infra ubi ait: Sicut arti
fex ſo cognoscit finẽ quẽ intendit domu v.g.
& deinde inquirit media q in hunc ipsum finẽ
dirigit ita quoq facit nãa.

Conclusio 2da.

Conclusio 2da Sumendo vite & pticulare ſo

Quomo singulare sit nobis notiq quã vite.

modo supra notato sgtare e prius cognoscibile
nobis quã vite sz non eodem gne cogni
tionis sgtare notq cognitioe scaptina vite

intellectiva. Haec conclusio expresse e[st] Arist[oteli]s loco supra citato p[rim]o post. text 5. & probat[ur]: Q[uonia]m cognitio n[ost]ra incipit à sensu & singularia objiciunt[ur] sensui, deinde intellect[us] p[er] abstractione cognoscit universalia. Neq[ue] n[on] hic pluribus e[st] disputandum, pri[us]ne intellect[us] singularia cognoscant quam universalia; alijs enim n[on] hoc est negotij. Nota.

Conclusio 3tia. Conclusio 3tia.

Cognitione distincta accipiendo singulare & universale 2do modo ut iudit[um] sit comparatio inter ipsa universalia superiora & inferiora, cognitione confusa potentiali prius cognoscun[tur] universaliora quam minus universalia. Est Avicennae p[rim]o Metaph. c. 5. & libri De Ente et Essentia statim initio. Arist[oteli]s hoc loco & probat: Intellect[us] in cognitione universalium eo ordine procedit quo sens[us] in cognitione singularium: sed sens[us] procedit à cognitionib[us] universaliorib[us] e[rgo] & intellect[us]. Prob[atur] Minor q[uonia]m pueri parvuli incipientes cognoscere prius de reb[us] cognoscunt e[ss]e entia q[uae]dam confuse, deinde e[ss]e homines & postea e[ss]e patrem aut matrem non cognoscendo distincte q[uid] sit ratio Entis hominis &c. Universaliora cognitione confusa prius cognoscuntur quam minus universalia. probat[ur].

2do probat[ur] in o[mn]ib[us] q[uae] de potentia reducunt[ur] in actum certus processus ab imperfectioribus probat[ur] 2do

ad perfectiora ut Embrio prius viuit vita plā-
tæ quā animalis et homo prius ē infans po-
stea adolescens tandem in virum perfectum eua-
dit. ergo intellectus per species. verum à potentia
reducatur in actum procedit ab imperfectionibus
ad perfectiora: sed vniuersiores cognitiones sunt
imperfectiores quia magis confuse attingunt
rerum naturas ergo etc. probatur 3tio obiectum
probatur 3tio. adæquatum intellectus ē Ens ut coloris sensorum
et sentia. ergo primum quod confuse concipit intellectus
ē Ens. probatur consequentia quia unaquæque po-
tentia se primum operatur circa suum obiectum
forte adæquatum. Sic primum quod videndi se
sd percipit ē color, et per colorem videt vestem
murum etc. Sic primum quod auditus audit ē so-
nus et per sonum audit campanam tubam etc.
Conclusio 4ta. Conclusio 4ta Cognitione confusa actuali prius
cognoscitur species specialissima quam genera superio-
probatur ra. probatur se quia vere cognoscitur per intel-
lectum abstractionem à singularibus ergo id prius ab-
strahitur minori efficacia prius et cognoscitur
sed species prius abstrahitur efficacius minori ē species

infima q. Probatur Minor qa species infima sensibus est vicinior. 2do qa Metaphysica continet doctri- probatur 2do
nam ultimam et q. obiectum ipsius qd est ens omnium communissimum posterius concipitur abstractius quam aliarum scientiarum minus abstracta minus certa.

Conclusio 5ta. Cognitione actuali distincta Conclusio 5ta.
magis certa notiora nobis sunt quam minus certa
praeterquam quod communis est omnium praedicatorum. Sic probatur haec
conclusio. Actualis cognitio distincta speciei probatur haec conclusio.
pendet ex actuali distincta cognitione partium
definitionis q. non potest actuali cognitione disti-
ncta cognosci v.g. homo nisi prius distincte
cognoscatur animal nec animal nisi prius vi-
vens corpus &c: Confirmatur qa totum distin-
cte non cognoscitur nisi partibus distincte cognitis.

Conclusio 6ta cognitione distincta potenti- Conclusio 6ta.
ali minus certa prius cognoscuntur quam ma-
gis certa. Est item communis praedicatorum et probatur: probatur haec conclusio.
qa illa prius a nobis cognoscenda sunt
quorum cognitio ad alia cognoscenda requiritur
non vicenversa: Atque ita sese habent quo ad distin-
ctam cognitionem potentialem minus certa respe-
ctu magis certum q. de co probatur Minor quod.

propter et aliq. omnium partium notitia explicite

Obiectio. ac distincte cognosci non potest. Dices intellectu divino

et substantiam inferiorem esse infinita genera ergo si

haec omnia cognoscenda sunt solem nullus intelligere

atque perfecte potest ~~...~~ intelligere. Antecedens probatur quia

sicut Deus inter solem et leonem concipit infi

nitas species quas producere posset si vellet

ita supra solem et infra substantiam cognos

cit infinita genera intermedia cum utrisque par

Solutio. cernatur ratio. Respondetur negando ~~...~~

antecedens ad cuius probationem negatur paritas rationis

cum ex priori sequatur in Deo infinita perfe

ctio ~~infin~~ posteriori minime ut recte do

cent Conimbr. q. 2. art. 4.

Respondetur ad primum argumentum supra positum. Reliquum est ut ad argumenta initio posita responde

amus. Ad primum negatur antecedens. Ad probationem dico

principia rei esse quidem ignotiora nobis quam

ea quae ex ipsis constant tota seu composita cog

nitione confusa; cognitione vero distincta mini

me. Neque vero ut philosophus ut experientia docet

aliud quam totum notius esse nobis cognitione

confusa qua non minus et studium naturae dici potest

notius

notis ut in sa cõclusiõe dictũ est; Neq̃ hic repugnat pronuntiatum Autor alterũ in quo solũ habet q̃ cognoscendi ordine ducamur initium à confusioribus & magis vniuersalibus q̃ sunt notiora nobis.

Ad 2dm negat Minor. Ad probaõem concedimus Respondet ad 2m.
causam cur à primis elemẽtis ac principijs in, tium sumat esse quia natura inde incipit operari; & qua subsumit ordinem cognitionis contrari um ēē ordini ac modo operationis distinguen dum est: Ordo cognitionis confusæ contrarius N.B.
ē ordini compositionis ut operationis concedo; prius n. artifex confusè cognoscit domũ cuius ideam mente formatam h̃t quã tñ ulti mo reipsa efficit: Sed ordo cognitionis distin, ctæ ē contrarius ordini compositionis seu opera tionis nego: prius n. distincte & ut loquunt intuitiuè cognoscit artifex lapides, ligna etc: in ædificatione adhibita quã totam fabri cam integre cõstructam. Et hoc modo in naturalibus et cognitione distincta principia sunt prius natura prius cognita quã quod ex illis constat compositum. Ad alterum membrũ Respondet ad alterum membrum.
negat sequela. Ad probaõem dr esto pro genitores

Cur non notitia causarum ad effecta rei cognitio non requirat.

progenitores Socratis in illa serie pariter

ipsius antecedente sint causæ per se non tamen sunt

per se & essentialiter subordinatæ sed per accidens

tm; quippe independenter oio ac actualiter

eorum concursu qui tunc minime expectabat So-

crates à suo parente e progenitus fuit deinde ac

si ipsi nunquam præcessissent. Ad effecta non

rei cognitionem non requirit notitia causarum

per accidens subordinatarum licet aliquæ sint cau-

sæ per se. Ad id quod dicebat naa prima adiungebat

Cum cognoscamus materiam primam.

decimus cum conimbr. quæst. 1 art 3 ad sextum ut

quæ effecta & comprehensiva cognitione naati maiorum

primam cognoscat satis est percipere eius formas

in hoc mundi statu viribus agentium naturalium

~~in~~ in eam induci possunt quas numero certo ac

definito contineri coïs est philosophorum sententia ab

Arle in 2do Metaph. c. 2. & à Platone quoque

in Philebo tradita. Quomodo non concedi possit

rem aliquam creatam comprehendi & cognos-

cendo penitus exhauriri non possit ibidem recte

~~tradunt~~ docent patres citati.

Ad 3m. distinguit conseq. sequentia sit nobis prius Respondet ad 3m.
magisque nota quam vtta cognitione sensitiua con
cedo cognitione intellectiua nego. Nos aut. sic
quomque quam intellectiua cognitione prius magisque
percipiatur.

Ad 4m respondet cum S. Thoma opusculo 57 vni Respondet ad 4m.
uersalia in suis duplici notione sumi 1o pro vtrisque in Vtra duplicit. sumuntur
causando ut sunt Deus & intelligentiae que sunt causae vter; 1o.
& de his loquitur Philosophus in 1o Metaph. c. 2. quae dicit
ea esse cognitu difficillima & a sensibus remotissima,
notissima. 2do sumuntur pro vtrisque in predica 2do.
do ut genera & species ex quibus si loquamur de cog
nitione confusa potentiali & de distincta actuali
magis vtta prius magisque nota sunt quam minus
vtta ut in 3tia & 6ta conclusione dictum est:
Vnde hac distinctione facta negatur conseq.
Ad confirmationem concedit totum si sermo sit de
dictis duobus cognitionum generibus.

Ad 5m. Respondet 1o Arist. non tradere generalem Respondet ad 5m.
regulam quod videlicet omnia quae sunt nobis notiora sensu
prius nota sint ignotiora sensu posterius nota naturae
ac uiceuersa; sed indefinite ac negatiue hoc
asserere. quod videlicet non omnia quae nobis notiora

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

sunt sint et notiora naturae nos e quovis.
Unde concedi sit totum argumentum illud consequens nihil
n. absurdi est concedere modo aliquo eadem esse
secundum naturam et nobis notiora ut ut ex prima
conclusione supra posita manifestum est. Nihilo-
minus aliis modis et rationibus non sint eadem
nobis et naturae notiora. Ex quibus dictum statur ve-
rificatur. Primo verum hoc est in causis occul-
tissimis et a sensu nostro remotissimis qualiter
sunt substantiae a materia separatae quae cum spiritua-
les adeoque secundum se valde perfectae nobilesque
sint nobis tamen quia per sensum cognoscuntur minus
sunt notae. Deinde si notiora nobis et naturae
sumantur tertio modo supra explicato dictum
statur universim absoluteque in omni materia sub-
iecta verum sit ut consideranti patebit. Tertio
Quod in Logica nobis usum est hic quoque
respondens ad improbabilitatem in 1o post-
lo de vitiis in causando; hic vero in proemio
physices loquitur de vitiis in explicando quae quate-
nus sunt eadem totis.

Obiectio. Obiicies si causae sint notiores naturae et non nobis

cur Arist. n[on] procedat à causis ad effecta à
principijs & adeo q[uod] ex iis q[uae] constant à partibus
ad totum progredit[ur] cum ipse dicat expresse pro-
grediendum esse ex iis q[uae] nobis notiora adeo
q[uae] sunt notiora naturae. Respondeo 1o Aristotelem — Respondet 1o.
servare id q[uod] servandum esse dixit: At esse
etiam n[atura] & signum nobis notioribus ostendit id q[uod]
notum est ignotis notis u[e]l naturae nempe dari
prima rerum naturalium principia: Et sic licet
à causis incipiat q[uae] sunt notiores naturae illas
ipsas tamen causas per media notiora nobis in-
vestigat. Respondet 2do Hoc ipso q[uod] à com- — Respondet 2do.
munibus rerum naturalium principijs & passionibus
tanquam naturae notioribus incepit illum et incepisse
à notioribus nobis cognitione utique confusa. Probatur — Pr.
qa agere de principijs & passionibus communibus
rerum naturalium est agere de corpore naturali in
coi à quo tanquam nobis notiori confusa cogniti-
one procedit ad corpus naturale in specie decla-
randum.

Caput 2. 3. & 4tum.